

/ Admodum Ill/ris et R/me Dñe,

Lectioes legendas per octavam Sancti Martini, et in die festo x
Sancti Maximi, curavi a Sacra Rituum Congregatione approbandas. Unum
solum emendandum videbatur, titulus videlicet lectionum pro sancto
5 Maximo. Auctor enim sermonis illius non potest esse Eusebius Emi-
senus; nullus enim Eusebius Emisenus notus est in Ecclesia, praeter
unum, qui haereticus Arianus fuit, et in Graecia vixit, et scripsit.
Et quamvis sermones illos, qui falso tribuuntur Eusebio Emiseno, alii
tribuunt Caesario Arelatensi, alii Fausto Regiensi, alii sancto Eu-
10 cherio Episcopo Lugdunensi: tamen in re dubia, bonum est ut in Eccle-
sia nomen sancti alicujus audiatur. Valeat R/mus Dominus, mei memor
in sanctis precibus suis. Dominus Franciscus de Masmez Canonicus Ec-
clesiae vestrae semel ad me venit, ac pro ipso et ejus negotiis san-
ctissimum Patrem allocutus sum, a deinde non amplius eum vidi, nec
15 scio ubi illum quaeram, cum civitas haec sit vasta, et plena homini-
bus omnium nationum. Datum Romae die 6/a Julii 1615.

Arch.Vatic.Gesuit.22 epist.CLV.